

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Et Niniue erat ciuitas magna triu[n]dierum itinere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

COM MENT A R I V S

et malū dat nihil. Neq; enim finem pertingere potest eius rei quam instituerat, sed una cum studio et conatu suo tādem euanescunt homines, ubi satis dam norum et malorum dederint.

Et Niniue erat ciuitas magna triū dierum itinere:

Niniue ciui= ibidē neq; cultus Dei, neq; templū, sed nec Prophetas Dei.
tas Dei.

Quamobrē uero Niniue ciuitatem Dei uocat, cum ibidē neq; cultus Dei, neq; templū, sed nec Prophetas Dei erant? Quantū ego conjectura possum assequi, inde ita dictam puto, quod Deo curae fuerint, nec eos ex improviso, exitio absumere uoluit, sed misso Prophetis ipiscentibus cōdonare ueniā. Proinde ualde credibile est, eius urbis incolas in Deum uerū cœli et terrae conditorē credidisse. Atqui et illud pro certo attente habebat cognitū, eos Prophetam à se missum audiueros esse, eiusq; Verbo cupide audito atq; suscepito, actutum poenitentiam acturos. Quādmodū scriptura de Naēmā Syro loquitur, Deum uidelicet illius gratia multa bona contulisse Syriae. Sed et regem Babylonie Nebucadnezer seruum suū nominat. Quibus locis illud planum facere uoluit, se quoq; Deum esse gentium, et non tantum Iudeorum, esseq; inter gentes quoq; qui sui sint.

Quod autem scribit urbem tridui itinere habuisse ampli-

I N I O N A M

amplitudinem, illud complures ita intelligendum esse
contendunt, quod per gyrum eam magnitudinem mu= Magnitudo
ro cinxerit, quae per tres dies circumiri potuisset, à urbis Nini =
quibus ego multum dissentio. Ea enim, nisi me fallat uæ.
animus, inusitatæ inauditæq; magnitudinis fuisse ciui
tas, quæ duodecim aut quindecim miliaria Germania
ca, muro cingeret. Talis nāq; quinq; aut sex militari
bus in longitudinē & latitudinē fuisse protensa. Ego
ita rectius intelligi opinor. Niniue ea fuisse magnitu
dine, cuius tridui spatio, quispiā per oculum ambulādo,
omne plateas perreptare aut peruagari facile pote
set. Mox enim in sequētibus subiicit, Ionam unius diei
itinere ingressum esse & prædicasse, quod ego exili
mo unam urbis fuisse partē, quæ intra diem deambulā
do, per agrari potuit. Hunc uero sensum ualde iuuare
uidetur hebraica uocula פְּנַיְמָן transitus, quem
āīmodum in urbibus sursum ac deorsum obambulare
solent homines ocio dediti. Sicut Moses inquit. Exo
di. 14. Dominum hac nocte transisse per Aegyptum,
& percussisse omnia primogenita, quem quidē tran
situm, pro certo constat non fuisse, rectum, sed obli
quum, hinc inde per Aegyptum. Cui hæc displicue
rint, suo fruatur iudicio & ingenio.

Et prædicauit Jonas & dixit, ad-

H 5